



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

163. An Sacerdos vtens Missali Romano possit celebrare iuxta Ritum
receptum in loco, per quem transit, etiamsi discrepet à Romano, tam in
Ecclesia sœculari, quam Regulari? Ex part. 4. tract. 4. & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

et feminam posse immediatè & proximè Sacerdoti ministrare, quod omnino negandum esse puto, cùm sit contra communem Doctorum sententiam, & contra Ecclesie consuetudinem, & contra Nugnum insurgit novissimè Tamburinus opif. de Sacificio Missæ, lib. 1. cap. 7. §. n. 3. & Trullench. de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 22. n. 2. & me citato P. Aucta de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 9. §. se 2erò nullus.

RESOL. CLX.

An Sacerdos in casu necessitatis possit feminam in responsione ministram adhibere in celebratione Missarum? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 44.

Sup. hoc in §. 1. **N**egatiuè responderet Layman lib. 4. tract. 5. Ref. p. 2. cap. 6. num. 13. Homobonus de exam. Eccl. ritia à §. Ad. p. 1. tract. 4. cap. 15. q. 146. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 88. dir. vñque in finem dictæ sect. 1. Villalobos in summ. p. 1. tract. 8. diffic. 34. n. 1. Ref. 1. Joan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de sacr. Missæ. q. 3. dub. 5. concl. 2. Zanardus in direct. Theol. p. 1. de sacrificio Missæ. cap. 15. in fine. Pitigianus in 4. tom. 1. disp. 13. q. 2. art. 5. in fine. Fernand. in exam. Theol. p. 3. cap. 5. §. 4. n. 7. Squillante de oblig. Cler. part. 2. dub. 23. n. 70. Molfesi. in sum. tom. 1. tract. 3. c. 10. n. 40. & alij ex autoritate cap. 1. de cobah. Cler. & mul. vbi dicitur, vt nulla fœmina ad altare presumat accedere, aut Presbytero ministrare.

2. Sed non reticebo, Didacum Nugnum in 3. p. tom. 2. p. 83. art. 6. dub. 1. fol. milki 516. col. 2. contrariam sententiam docere, nempe quid si non sit vir, vel ille non possit ministrare, quid tunc debet feminina & respondere, & ministrare: nam ex hoc nullum sequitur inconveniens, & ex alia parte fit sacrificium debito modo, sine confusione, & verisimiliter salutaciones ad populum, & responsiones. Ad argumentum contrarium responderet, illa verba intelligenda, extra tempus gravis necessitatis, hoc enim manifestè significat verbum illud, non presumat, in nostro enim casu fœmina non presumit, sed hoc facit ex commissione Sacerdotis, propter stantem necessitatem: & Sacerdotem ita celebrantem, nempe cum fœmina, non peccare mortaliter, putavit Sylvius in 3. p. 9. 83. art. 5. in respons. ad 12. sed tu tene primam opinionem.

RESOL. CLXI.

An sacerdos celebrans Missam si alium non habeat, possit vbi Ministro excommunicato non denunciato? Et quid in graui necessitate, si talis sit excommunicatus denunciandus, & vitandus? Ex part. 5. tract. 9. Ref. 91.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Cornejo in 3. part. tract. 5. de excomm. disp. 10. §. 4. ex errore 8. dub. 2. cui add. Suarez disp. 12. sect. 1. & Turrianus lib. 2. de excomm. disput. 11. dub. 1. quia in tali Ministro potest considerari, vel indignitas personæ si est in peccato mortali, & hæc ratio non impedit, quia ad inseruendum Missam non est status gratiæ necessarius, vel prohibito Ecclesia comparatione talis officij, & hæc credi potest pro tali euentu suspendi ab Ecclesia, que doctrina intelligenda est, quando graui vrgeret causa faciendi Sacrum, alias, vt sae diximus, Concilium Constantien. nullum fauorem concederer excommunicato: vnde etiam si non si denunciatus, priuatur haec communicatione. Notat etiam Turrianus quid si loquamur de excom-

municato vitando post denunciationem, item diu-
bium esse potest, an in casu necessitatis possit infe-
rire Missæ, in quo consideranda est gratuitas nec-
essitatis.

RESOL. CLXII.

An Sacerdos peccet mortaliter, si in aliquo loco, vbi non adest Missale, celebraret Missam? Et an Sacerdotes, quibus debilitate facultas videndi, si memoria calleant, possint dicere Missam sine Mis-
sali? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 46.

§. 1. **H**anc questionem indecisam reliqui Sue-
dam sententiam videatur inclinare Reginaldus am. 1. lib. 29. cap. 9. part. 2. sect. 6. n. 197. & docet p. 1. Pe-
gundez tract. 1. lib. 3. c. 21. n. 23. Valquez in 3. p. tom.
disp. 2. 23. cap. 3. n. 26. & Filliuc. tom. 1. n. 8. c. 5. n. 125.
2. Sed ego cum Layman lib. 4. tract. 5. cap. 6. n. 17.
Villalobos in sum. p. 1. tract. 8. diffic. 26. n. 5. & Lode-
ma in sum. tom. 1. de Euchar. cap. 20. p. 9. 2. concl. puto
in tali casu Sacerdotem non peccare, dummodo in
ita instructus, & de sua memoria confidens, ut mortaliter non dubitarer posse se omnia integrè dicere sine
Missali, quamvis non sine alio libro loco Missali ne
potest aliquam incurrit apud alios. Hinc Valquez
ubi supra, putauit Sacerdotes, quibus debilitate fac-
ultas videndi, si memoria calleant, posse.

RESOL. CLXIII.

An Sacerdos utens Missali Romano possit celebra-
iuxta Ritum receptum in loco, per quem transi-
etiam si discrepat à Romano, tam in Ecclesia fœ-
ri, quam Regulari? Ex p. 4. u. 4. & Miss. Ref.

§. 1. **V**T si, v. g. quis transiret per monasteria
Monachorum D. Benedictini, D. Dionysi-
ci, &c. & responderet affirmatiuè Ioannes Poppelius
in 3. part. quæst. 83. art. 4. dub. 5. num. 190. quod etiam
tantum intelligit de Ecclesia fœculari, sed etiam de
Regulari, & ideo Religiosum, vel scularium transi-
euntem per monasterium quod vitetur alio Missali
quam Romano, posse in eo monasterio celebre-
iuxta ritum ibidem receptum, neque videbitur in hoc
parte plus permittendum existenti in Ecclesia fœ-
culari quam in loco regulari, quia non est potius pri-
legium respectu Religiosorum, quam respectu fœ-
cularium, vt propreterea sit dicendum externas personas
posse celebrare in Ecclesia fœculari, iuxta illius ritum,
non vero in regulari, cum singulis Ecclesiæ non
minus regulares, quam scularies relinquant anti-
quæ consuetudini. Ex quo deducitur idem dicen-
dum si ritus celebrandi Missam in proprio loco &
alieno discrepet à Romano, feliciter aliquem festi-
existenter posse celebrare iuxta ritum receptum in
loco vbi celebret, & hæc omnia docet Poppelius
loci cit. quæ aliqui non approbat, & nescio circa
hanc questionem an aliquid sit declaratum à sacra
Cardinalium Congregatione.

RESOL. CLXIV.

An Sacerdos in celebrando non obseruans Rubricam
Missalis peccet mortaliter?
Et quid si unam, vel alteram Rubricam non obseruant,